

**MASS PROPER: FERIA – TWENTY-FIRST SUNDAY AFTER PENTECOST,  
SS. HILARION, ST. URSULA & COMPANIONS**

MASS *In voluntáte Tua* (green)

**INTROIT Esther 13: 9, 10, 11**

In voluntáte tua, Dómine, univérſa sunt pósito, et non est qui possit resístere voluntáti tuæ: tu enim fecísti ómnia, cælum et terram, et univérſa quæ cæli ámbitu continéntur: Dóminus univérſorum tu es. (Ps. 118: 1) Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In voluntáte tua, Dómine, univérſa sunt pósito, et non est qui possit resístere voluntáti tuæ: tu enim fecísti ómnia, cælum et terram, et univérſa quæ cæli ámbitu continéntur: Dóminus univérſorum tu es.

**COLLECT**

Famíliam tuam, quæsumus, Dómine, contínuam pietátem custódi: ut a cunctis adversitatibus, te protegénte, sit líbera: et in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*For St. Hilarion*

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Hilarióni Abbatis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur.

*For St. Ursula & Companions*

Da nobis, quæsumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártýrum tuárum Ursulæ et Sociárum ejus palmas incessábili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiiis. Per

All things are in Thy will, O Lord, and there is none that can resist Thy will: for Thou hast made all things, heaven and earth, and all things that are under the cope of heaven: Thou art Lord of all. (Ps. 118: 1) Blessed are the undefiled who walk in the way: who walk in the law of the Lord. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. All things are in Thy will, O Lord, and there is none that can resist Thy will: for Thou hast made all things, heaven and earth, and all things that are under the cope of heaven: Thou art Lord of all.

O Lord, we beseech Thee, to keep Thy household in continual godliness that, through Thy protection, it may be free from all adversities, and devotedly given to serve Thee in good works to the glory of Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the intercession of blessed Hilarion the Abbot commend us unto Thee, we beseech Thee, O Lord: so that what we cannot acquire by any merits of ours, we may obtain by his patronage.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, our God, to venerate with unceasing devotion the victories of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that, though we can not worthily celebrate their merits, we may at least offer them our humble service.

Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Ephesians 6: 10-17**

Fratres: Confortámini in Dómino, et in poténtia virtútis ejus. Indúite vos armatúram Dei, ut possítis stare advérsus insídias diáboli. Quóniam non est nobis colluctatio advérsus carnem et ságuinem: sed advérsus príncipes et potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spirituália nequítiae, in cæléstibus. Proptérea accípíte armatúram Dei, ut possítis resístere in die malo, et in ómnibus perfécti stare. State ergo succínti lumbos vestros in veritáte, et indúti lorícam justítiae, et calceáti pedes in præparatióne Evangélii pacis: in omnibus summéntes scutum fidei, in quo possítis ómnia tela nequíssimi ignea exstíngere: et gáleam salútis assúmíte: et gládium spíritus, quod est verbum Dei.

**GRADUAL Psalms 89: 1-2**

Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie. Priúsqvam montes fierent, aut formarétur terra et orbis: a sæculo, et usque in sæculum tu es Deus. Allelúja, allelúja. (Ps. 113: 1) In éxitu Israël de Ægýpto, domus Jacob de pópulo bárbaro. Allelúja.

**GOSPEL Matthew 18: 23-35**

In illo témpore: Dixit Jesus discípuis suis parábolam hanc: Assimulátum est regnum cælórum hóminí regi, qui vóluit ratióner pónere cum servis suis. Et cum cœpíisset ratióner pónere, oblátus est ei unus, qui

Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, be strengthened in the Lord, and in the might of His power. Put you on the armor of God, that you may be able to stand against the deceits of the devil. For our wrestling is not against flesh and blood, but against principalities and powers, against the rulers of the world of this darkness, against the spirits of wickedness in the high places. Therefore take unto you the armor of God, that you may be able to resist in the evil day, and to stand in all things perfect. Stand therefore having your loins girt about with truth, and having on the breastplate of justice, and your feet shod with the preparation of the gospel of peace; in all things taking the shield of faith, wherewith you may be able to extinguish all the fiery darts of the most wicked one. And take unto you the helmet of salvation, and the sword of the Spirit, which is the word of God.

Thou hast been our refuge from generation to generation. Before the mountains were made, or the earth and the world was formed from eternity and to eternity Thou art God. Alleluia, alleluia. (Ps. 113: 1) When Israel went out of Egypt, the house of Jacob from a barbarous people. Alleluia.

At that time, Jesus spoke to His disciples this parable: The kingdom of heaven is likened to a king, who would take an account of his servants. And when he had begun to take the account, one was brought to him that

debébat ei decem millia talénta. Cum autem non habéret unde rédderet, jussit eum dóminus ejus venúmdari, et uxórem ejus, et filios, et ómnia quæ habébat, et reddi. Prócidens autem servus ille, orábat eum, dicens: Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Misértus autem dóminus servi illíus, dímisit eum, et débitum dimísit ei. Egréssus autem servus ille, invénit unum de consérvis sui, qui debébat ei centum denários: et tenens suffocábat eum, dicens: redde quod debes. Et prócidens consérvus ejus, rogábat eum, dicens: Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Ille autem nóluit sed ábiit, et misit eum in cárcerem donec rédderet débitum. Vidéntes autem consérvi ejus quæ fiébant, contristáti sunt valde: et venérunt, et narravérunt dómino suo ómnia quæ facta fúerant. Tunc vocávit illum dóminus suus, et ait illi: Serve nequam, omne débitum dimisi tibi quóniam rogásti me: nonne ergo opórtuit et te miseréri consérvi tui, sicut et ego tui misértus sum? Et irátus dóminus ejus, trádidit eum tortóribus, quoadúsque rédderet univérsum débitum. Sic et Pater meus cæléstis fáciat vobis, si non remisérítis unusquisque fratri suo de córdibus vestris.

#### **OFFERTORY Job 1**

Vir erat in terra Hus, nómine Job: simplex et rectus, ac timens Deum: quem Satan pétiit, ut tentáret; et data est ei potéstas a Dómino in facultátes, et in carnem ejus: perdidítque omnem substántiam ipsíus, et filios: carnem quoque ejus gravi úlcere vulnerávit.

#### **SECRET**

Súscipe, Dómine, propítius hóstias:

owed him ten thousand talents: and as he had not wherewith to pay it, his lord commanded that he should be sold, and his wife and children, and all that he had, and payment be made. But that servant falling down, besought him saying: Have patience with me, and I will pay thee all. And the lord of that servant, being moved with pity, let him go and forgave him the debt. But when that servant was gone out, he found one of his fellow servants that owed him a hundred pence: and laying hold of him, he throttled him, saying: Pay what thou owest. And his fellow-servant falling down besought him, saying: Have patience with me, and I will pay thee all. And he would not but went and cast him into prison till he paid the debt. Now his fellow servants, seeing what was done, were very much grieved; and they came and told their lord all that was done. Then his lord called him and saith to him: Thou wicked servant, I forgave thee all the debt, because thou besought me; should not thou have had compassion also on thy fellow servant, even as I had compassion on thee? And his lord being angry, delivered him to the torturers, until he paid all the debt. So also shall my heavenly Father do to you, if you forgive not every one his brother from your hearts.

There was a man in the land of Hus, whose name was Job, simple, and upright, and fearing God: whom Satan besought that he might tempt: and power was given him from the Lord over his possessions and his flesh; and he destroyed all his substance and his children; and wounded his flesh also with a grievous ulcer.

Mercifully receive, O Lord, these

quibus et te placári voluísti, et nobis salútem poténti pietáte restítuti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

*For St. Hilarion*

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Hilariónus Abbas, quæsumus, in salútem nobis provenire depóscat.

*For St. Ursula & Companions*

Inténde, quæsumus, Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Virginum et Mártýrum tuárum Ursulæ et Sociárum ejus festivitáte propósita: ut, sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti; ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

**COMMUNION Psalms 118: 81, 84, 86**

In salutári tuo ánima mea, et in verbum tuum sperávi: quando fácies de persecúentibus me judícium? Iníqui persecúti sunt me, ádjuva me, Dómine Deus meus.

**POSTCOMMUNION**

Immortalitátis alimóniam consecúti, quæsumus, Dómine: ut, quod ore percépimus, pura mente sectémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

*For St. Hilarion*

Prótegat nos, Dómine, cum tui perceptióne sacraménti beátus Hilariónus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiónis ejus experiámur insígnia, et intercessiúnis

offerings, by which Thou art pleased to be appeased and in Thy powerful goodness to restore our salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the holy Abbot Hilarion, we beseech Thee, O Lord, obtain by his prayers, that the Sacrifice laid on Thy holy altar, may profit us unto salvation.

Favorably look down, we beseech Thee, upon the gifts laid upon Thine altars, O Lord, for the festival of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that, as Thou hast conferred glory upon them through these blessed mysteries, so Thou mayest bestow upon us forgiveness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

My soul is in Thy salvation, and in Thy word have I hoped: when wilt Thou execute judgment on them that persecute me? The wicked have persecuted me: help me, O Lord my God.

We who have received the food of immortality, beseech Thee, O Lord: that what we have taken with our mouth, we may follow after with a pure mind. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the pleading of blessed Hilarion the Abbot for us, as well as the reception of Thy Sacraments, protect us, O Lord, that we may both share in the glory of his works, and receive the

percipiámus suffrágia.

*For St. Ursula & Companions*

Præsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Virgínibus et Mártýribus tuis Ursula et Sociábus ejus: ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

help of his intercession.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, by the intercession of Thy holy virgins and martyrs, Ursula and her companions, that what we touch with our lips we may receive with pure hearts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.